D. D. IOAN. FRANC.

SANFELICII

PATRITII NEAPOLIT.

& Regentis Cancellariam,

PRAXIS IVDICIARIA,

SIVE

DE ORDINE IVDICIORVM

CIVILIVM, CRIMINALIVM, ET MIXTORVM;

Ac Commentaria ad Pragmaticas ritus magnæ Curiæ Vicariæ, & alias regni leges, quibus ordo & Praxis Tribunalium Regni Neapolis abſoluitur.

Opus abſolutum complectens quidquid ad fori tractationem, Vrbis & Artium erectionem, & adminiſtrationem, reſcriptorumque maximè circa regias delegationes, quidquid ad ſuſpicionem officialium attinet & ad Regiam atque priuatam Iuriſdictionem.

Nunc primum prodit in Galliis, quadruplici ornatum Indice Argumentorum ſcilicet, Deciſionum, Reſcriptorum S. C. M. & rerum notabilium.

CVM ADDITIONIBVS PROPRIO LOCO POSITIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LVGDVNI.

Ex Officina ANISSONIANA.

M. DC. LXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

INDEX DECISIONVM

SVPREMORVM TRIBVNALIVM REGNI NEAPOLIS,

Quarum mentio eſt, aut integra ſunt exempla in Opere iſto,

ALPHABETICO ORDINE, ad Lectoris commodum, digeſtus.

DECIS. I.

De accenſione candelæ ſuper affictu quatuor carolenorum ſuper indictorum pro modio Salis.

DEciſio Collateralis Conſilij ſuper accenſione candelæ Arrendamenti carolenorũ quatuor ſuper ſale impoſitorum, non obſtante vnione cum aliis impoſitionibus, petita per Ciuitatem, & alios, ſect. 19. num. 9. *Pagina* 89

DECIS. II.

De Aſſiſtentia.

AſSiſtentia ſi petatur ſuper feudo obligato abſque aſſenſu, præſtatur pro credito ſine aſſenſu ſuper allodialibus, ſalua prouiſione facienda ſuper petita coactione ad vendendum feudum, ſect. 13. n. 4. p. 21

DECIS. III.

De Barone citando.

DEciſio S. C. quod Baro ſufficit, ſi citetur in loco feudi, ſect. 12. num. 5. p. 20

DECIS. IV.

De Carcerato extrahendo extra domicilium ob defectum tuti carceris in Patria.

PRouiſionales decretationes Collateralis Conſilij, quibus conceditur facultas Baroni terræ Montiſcaſſoli, quod ſtante defectu carcerum in terra Carpineti, valeat extrahere vaſallos ad terram Montazzoli vicinam, ſect. 9. num. 16. p. 15

DECIS. V.

De Eodem.

ALiæ prouiſiones conſimiles ad inſtantiam Gubernatoris Roccæ Raſi, quibus conceditur illi facultas

D. IOAN. FRANCISCI

SANFELICII PRAXIS IVDICIARIA

SIVE

DE ORDINE IVDICIORVM Ciuilium, Criminalium & Mixtorum,

AC COMMENTARIA AD PRAGMATICAS, RITVS M. C. V. & Regni Leges. Quibus ordo & praxis Tribunalium Regni abſoluitur.

PRÆFATIO.

POST editas à me Sacri Conſilij, aliorumque Regni huius Supremorum Senatuum Deciſiones, Edo PRAXIM IVDICIARIAM. Videbitur fortaſſe vel ordine tranſuerſo fieri editionem, vel inconſulto; at non ita; Continent namque Deciſiones à me relatæ, vt plurimùm Collectorum omnium Praxim, eamque ſolidiſſimam; quinimò & res, ex quibus Praxis conflatur & oritur; vnde Opus quod edo, primis iuriſprudentiæ meæ excogitatum, exaratumque temporibus, poſtmodum exercitio officiorum in Regno, ſcriptum & auctum, continuatiuum potiùs eſt, quàm diuerſum ab inſtituto, & quoniam animo fuit mihi ſemper integram ex omni ſui parte edere Praxim, rebus vſque huc iudicatis iungo Praxim circa Ordinem Iudiciorum, qui primus eſt, ac magis neceſſarius in praxi: & hinc initia auguror, ac ſumo à titulo Pragmaticarum, & Legibus aliis Regni, quibus ordo iudiciorum abſoluitur, ad laudem, ac gloriam Sanctiſſimæ, ac indiuiduæ